



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

4. De diuisionibus peccati accidentalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

interualla ad verberandum vel conuiciandum accessit. aut in eadem pugna diuersarum rationis contumelias irrogauit. V. C. Compellendo furem, laironem, &c.
 2. peccata commississe censetur. Ratio discriminis est, quod in priore casu verbera, aut contumeliae maiorem ordinem moralis unitatis habeant, quam in posteriore 63.

C A P. IV.

De diuisionibus Peccati accidentalibus?

Peccatum aliud est commissionis, vt furtum: aliud vero peccatum omissionis; vt parentes non honorare, missam die festo non audire.

Peccatum commissionis opponitur praeccepto negativo, quod pertinet ad declinandum a malo, quod semper obligat. V. C. ne Deum oderis, ne furtum facias, ne parentes inhonores.

Peccatum omissionis opponitur praeccepto affirmatiuo, quod pertinet ad faciendum bonum, quod non semper obligat; vt Deum amare, parentes cole, pauperibus miserere.

Si actio cum impletione praeccepti in impossibilis, causa omissionis culpabilis existat, tunc ipsa etiam actio peccaminosa redditur, V. C. Domi manere, & ideo missam negligere, idem, ideo Missam negligere, vt domi stare, orare possis; Ipsa Actio propter circumstantiam mali effectus inficitur.

NB. Si proponas negligere Missam, & tamen audis postea solum illud propositum non sufficit ad exequendum peccatum, sed id quod actu impedit, vel causa est cur impediatur sacri auditio.

Si actio, alioquin impossibilis tantum concouersantiter & per accidens se habeat ad omissionem

culpabilem, ab ea non inficitur, V. C. Si missam die festo negligere decreuisti, atq; idcirco domi manere elegisti, interim verò ne tempus otiosè transigas, & agrum inuisis. &c. erit id opus misericordiae.

- 4 Licet actio sit causa omissionis culpabilis, adeoque peccatum, non est tamen distinctum ab omissione peccati. Ratio est; si Missam negligis, vt domi studeas, studium istud non est peccatum absolute sed relatè, quatenus causa est omissionis. Tota igitur malitia per se primò consistit in omissione Missae, & hinc redundat in actionem, quæ eius causa existit. Causam autem istam non est opus confiteri, sed solum neglectum Missae. 65.

Excipe, nisi quis ad talem actionem, V. C. venerationem, studium, cuius causa festo die Missam negligis, tam inordinatum affectum geris, vt propter eam quamuis Dei legem transgredi paratus sis. Qui affectus inordinatus manifestandus in Confessione, eò quod aliàs non tota malitia actus explicatur. Si otiosum verbum, si in eo vltimus finis constitutus, fit mortale.

- 5 Peccatum aliud est specialiter contra Deum; vt hæresis, desperatio, Dei odium. Aliud contra proximum; vt, furtum, homicidium, odium &c.
- 6 Peccata alia spiritualia, sic dicta, quia consistunt in inordinata delectatione spirituali, orta ex solâ apprehensione rationis; vt, inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, acedia. Alia carnalia; sic dicta, quia consistunt in inordinata delectatione carnali, vt gula, luxuria.
- 7 Peccatum aliud est cordis, aliud oris, aliud operis. Quæ omnia si connexa sint cum opere V. C. fornicatione vnum peccatum efficiunt.